

## C A P V T Q V A R T V M.

*Aduersa urbi ab aquâ, peste, igne, annonae charitate, bellis & hostie  
externo, ab hosti denique domesitico & scationibus.*

**P R A C I P V A** fata sine calamitates memorabiles urbi acciderunt.

I. Ab aquâ multoties: cum rarus sit annus, quo non Oderam. imbribus nimis aut solitis detepeatē hybernis niubus intumescens ripasq; egrediens

*appositas escutat gurgite molei;*

& pontibus, molis, ædificijs, aggeribus, agris denique detrimentum adferat.

II. A peste item haud raro, præcipueque parrum nostrorum extat A. C. c 1313 x l. t. l. quo intra x x i. hebdomadarum spaciū quinques mille nongentos homines mala illa Dina iustulit: itemq; A. C. c 1313 l x i i x. quo pestifera hinc adeo fuit, ut extinguaret fermè decem millia hominum, nō venientibus in numerum, qui à partibus Pontificiorum perierunt. Cuius quidem peccatis V. Cl. M. Helwigio Epigrammatis, quod sequitur, materiam preebuit, in ~~anno~~ sic vestibulo ædis Elisabethane marmori à Bon. Koslero incisi.

*Quæ parrus intra muros graffatur & extra.*

*Quo ruat infuso fidere dira luct,*

*Miraris sceleris indulgenciam? Nos iusta sequimur*

*Quæ mala compescat vindicta ira Dei?*

*O sceleris iam pone madum, tuj optime mundi*

*Arbiter ut trepidum fac tuare gregem.*

Et iterum anno c 1313 l x x x v. peccatis contagio magnam totâ regione stragem dedit, cum primis vero Vratislavia: ubi quamplurimi quocidiè extincti efferebantur, in quibus aut fortunâ aliqua aut dignitas certatum relictâ urbe alio commigrantibus. 8 4 3 l. funerum omnis generis in rationem Libitinæ co anno venisse scribuntur.

**I. III.** *Ab igne:* primum quidem anno c. 13 c. c. quo vibem totum fortuito incendio absumptam fuisse, primitusque tabularia & monumenta Reipubl. exusta annales testantur: qui & hoc addunt, cum anno c. 13 c. c. xli. Tatarorum adventantium mitem exusta fuisse, aliquot exinde annis, anno nimirum c. 13 c. c. l. x. xii. die S. Stanislai pro maiori parte conflagrassit iterumq[ue] quadriennio post, & rursum anno c. 13 c. c. x. l. i. flammis similiter viuenteram pene absumptam. In iuriis & mentionem incendiorum, ex quibus c. 13 c. c. l. i. & i. m. Kal. August. an. c. 13 c. c. l. x. vii. post exadiuvatib[us] ledos magnam cladem accepit. Atque h[ec]c se[nt]e principia ab Vulcano illara damna reperio: ex quibus nihilominus hoc consecutum est, quod ipsa iniuria maiorem fortunam locum fecerit, & in hoc solum urbs cecidisse via fuerit, ut angustior multo & splendoriosius, tanquam post busta Phoenix funeri superides suo, resurgeret. Quamvis autem exinde sapientia & gloria hinc inde invaserit, mira tamen ciuium atque opesarum sedulitate, aut felicitate potius dicam, absque notabili urbis clade, repressus fuit: non parum eam rem adiuuantibus vibentibus politi & legibus, quae de incendijs scriptae sunt, accentuatisimis.

**I. IV.** *Ab annone caritate sine raritate,* qua urbem & vicinalia loca non semel afflixit, nominatum anno c. 13 c. c. x. v. & c. 13 c. c. xxxvii. quibus cum tanta fuerit tota Polonia & Silesia famis: ut hoc herbas & gramine populus passim voraret: illo vero parentes a proprijs filijs, reliquia cadaveribus & immundissimis cibis non abstinerint: calamitatum istarum minimè experientem fuisse Vratislaviam credibile est. Nostrā memoriam anno c. 13 c. c. xcix. & seq. similis hac regione caritas fuit: quā & perière iusti, & non pauci adacti, ut in usum ciborum quererent, verterentq[ue] foedorum animalium cadaveria. Ea q[ue] plaga multo aliud fuisse intolerabilior, nisi & illusterrimorum Principum in h[ic]c] e provincia & amplissima imprimis Reipubl. Vratislaviensis singulata quadam & perpetua prouidentia apergit commodissimo tempore

pote in viuum pauperum granariis, & legibus immodice xisti-  
mationi politis presentibus incōmodis mature obvia ipsa itum  
fuerit.

V. *A bellis & hoste externo Vratislaniæ male fuit, cum anno  
c. 15XXXIIX. Breſtolam siue Fradiam Boemiam Dux cum valido  
exercitu ferro & igni Silesiam, quæ posterius sic dicta est, & ma-  
giorem Poloniæ quam longissimè depopulatus Vratislauam,  
Gnesiam, Posnaniam aliaq[ue] oppida complura ditipuit & in-  
cendit, nulli neque sexui neque ætati hominum parcas. Anno  
deinde c. 15 CCXL I. cum Tataris siue Tatari (sic enim potius scri-  
bendum, tum quod ita dicti sunt à Tataro flumine, tum ex au-  
toritate Saxonum, cinq[ue] vicinorum, qui Tataraos appellant, &  
Græcorum quorundam librorum manuscriptorum, cestimo-  
nio denique veteris Epigrammatis Ottocaro Boemiam Regi  
positi.*

*O Rex Ottocare quondam pugnasti honeste*

*Nunc fias in passis depauperata cum Tataranis.*

in Pand. historie Turc. notat. *tib. in. Leonclavus*) cum immensa  
multitudine sedibus suis progressi instar coisidam cataclysmi  
se diluvij aut torrentis in Hungariam, Poloniæ & Silesiam  
irruerunt, omniaq[ue] secundum in modum deaſtarunt. Et Silesiam  
quidem ingressi, quum disiectos *Oderæ* pontes reperiffent,  
compactis ex tempore ratibus apud Ratiboram flumen traie-  
cerunt: mox quanra potuere celeritate ad Vratislauiam festi-  
natunt. *Quo nuncio accepto ac defensione urbis parum mu-  
nitæ desperata Vratislauenſes suppellectile sua & commeatu in  
arcem editiori insule loco, qui S. Crucis olim, nunc D. Martini  
adpellatur, fitam comportato, urbem reliquerunt: milites vero,  
qui in praetorio arcis erant, ne hostibus prædie vel receptaculo  
eſſet, incenderunt. Indignati ergo Tatari arcem obſidione, ſed  
frustra cinxerunt diuino, ut compertum eſt, ostento (flammis  
quippe de cœlo cadentibus & latè inter ordines ipsorum dif-  
curiantibus) ita perterriti, ut nihil cunctati obſidionem ſolu-*

rint, fugientibusq; similes abierint. Quod autem interea duces Silesiæ, quorum caput erat **Henricus Pius**, coactis quam maximis potuere copijs ad **Lignicium** urbem subsistere intellexissent, iwas & ipsi copias properè eò deduxerunt, & ad locum vno miliiari à Lignitio distitum, qui **Walsiat** etiamnum appellatur, quinto idus Aprilis prælium comiserunt: in quo quanquam diu anticipi Marte depugnatum esset, tandem tamen Silesij multitudine hostium ioperati, ac fatigentes continuitate, ac pertinacia prælii cesserunt.

*Quis cladem illius solle, quis funera fando  
Explicit?*

Neque enim tantum in eo prælio præter principem ipsum **Boleslaus Marchio Moraviae Henrici amatus**, **Pompo**, Fratrum sue fodulam Teuthonicorum piam contra barbaros militiam sub titulo S. Matris profectorum in Bemifica Magister, alijsq; plurimi viri fortes ceciderunt: Sed & tantus interfectorum Christianorum numerus fuisse scribitur, ut singulis singula auricula à Tataris praecisa, nonem ingentes saccos explerent. Cadaver **Henrici** inter casorum corpora repertum, & cum caput à Tataris esset abscessum, ab uxore **Anne ex** **exto** sinistri pedis digito agnatum Vratislauie in cenobio, quod tunc **D. Iacobus**, nunc **S. Vincentio** dicatum est, inhumatum fuit: ubi & **Pompo Magister** cum pluribus eiusdem ordinis fratribus sepultus.

Ab ea clade vix respirans Vratislavia paucis annis post non modo trimestrem **Boleslaus Lignicensis**, qui **Henricum** fratrem ducatu excutere conabatur, oblidionem sustinuit, sed & cum maioribus copijs secunda tertiaq; vice teneunte re infecta discedere coegerit: non patum frementem, quod expeditionibus illis sumptuosis nullum tantis sumptibus dignum operæ precium fecisset.

Neque vero parum negotij Vratislaviensibus fuit cum **Hus-siu**, qui cum A. C. c. 13 cccc xxvi. torrentis instar magnam Silesie partem peruagati nō tam religionis feruore, quām barbari-

barico furore ferro & igne in quicquid sacrum profanumque, sauitent, Vratislauium quoque suburbia spoliata, inflammarunt: ab ipsis tamen magnis exinde cladibus non semel adfeci: quippe cum Vratislauenses potissimum Suidmicensibus iuncti in reliquorum Principum aut ignaria aut imbecillitate pro patria in excubij essent, snaq; vigilantis totius prouincie ruinam auerterent.

Amplius grande malum Vratislauia sensit *Georgio Polichradus* rerum in Boemia potiente: cui quam pertinaciter grauiteris aductisata, tantas ipsa vicissim difficultates atque incommoda perpeti coacta sunt: quarum vbenotein narrationem ab historicis petere licebit.

Denique à *Cesimiro Polono* & *Vladislao Hungariae* atque Boiemis Rege frustrâ Silesia ducatum contra *Matthiam Pannonicum* regem sibi vindicante obfessa, sed *Matthias* virtute & ciuium constantia periculo subtraeta. Sed tanti est, ut summa belli illius minime tralatij capita recenseamus. Post *Georgij Boemij* regis excessum de Silezia Moraviaq; imperio reges modo commemorati tam grauiter decertabant, ut A. C. cccccc LXXIV, res ad arma veniret. Et *Matthias* quidē ce eritatem reliquos duos anteuertens cum exiguis quidem sed lectissimis copijs Silesiam ingressus a. d. 111. Sept. Vratislauiam peruenit: ad quam etiam urbem *Ernestus Saxoniae Elector*, cum *Ioanne Electore Brandenburgio* de pace inter Reges acturus venit, ibdemque prid. Kal. Octob. *Matthias* Regi propter ducatum *Saganensem*, quem à *Ioanne* emerat, clientele ure se deuinxit. *Cesimirus* ingentem adducens exercitum, & in quo vel uno ad fragendas Turcarum vires satis esset, ad sexaginta quippe millia armatorum, in quibus Lithuanii quoque & Tartari erant, sub initium Octobris in Ducatum *Oppolensem* processit. *Craciburgum* & *Biscinam* oppida nullis penè munitionibus firmata primo incursum ac labore cepit agros populationibus quoquo versus permisit vallavit. Vnde in ptopterrificatatem tum vadabilem prope *Crapicium*

transmisit, omissoq; Oppolia oppugnatione Vratislauiam, vbi  
**Matthia** expectari se acceperat, contendit, & proprie **Olawiam**  
 castra fixit. Occurrerunt autem ei preter Vngaros & Boiemos  
 de inducjs sollicitantes, Ernesti quoque Electoris legati de pa-  
 cis compositione inter reges tractantes; quam quidem Polon-  
 us minimè recusare videbatur. Dum autem causa adhuc du-  
 bia hinc inde commicant legati: **Matthias** improviso aggredi  
 castra Polonica, quæ a suis quartier tantum miliaribus aberat,  
 statuit: nam & regem improuidum lenteq; esse nouerat, &  
 disciplinam in eius exercitu licentiam corruptam sciebat: In-  
 tere illo noctu properanter confecto stationes Polonicas inua-  
 dit, pabulantes excipit, & in fugam vertit. Quibus quum op-  
 tulatum Tatari & Lithuanii Polono militantes cum aulico cau-  
 dem comitatu accurretent, ut numero ita vi superiores, tumultu-  
 aria pugna Vngaros persecutores in fugam vicissim agunt, &  
 cum clade in urbem repellunt.

Ad mille omnino deliderati feruntur capti preter gregarios  
 milites sexaginta nobiliores, in quibus tribuni regi **Guilielmu**  
**Bernierius** Boiemus, & **Petrus Haugwitzius** Silens: quos tamen  
 tunc interfecos **Fabricius** memorie prodidit.

Post hoc prælium duodecima die Octobris commissum, o-  
 zatores Electoris non diu in castris Polonicis commorati, cum  
 turbatas viderent actiones pacificas, rebus infectis, & hoc vno  
 à **Casimiro** impetrato, ne **Saganensis** territorium a suis infestari  
 permitteret: Vratislauiam redeunt. Saxone interum & Bran-  
 denburgico non cessantibus, ut pax utrumque conciliaretur.

Quartadecima denum Octobris die **Ludolivius** Boiemæ rex  
 viginti circiter milia Boiemorum, maiore ex parte peditum in  
 exercitu habens aduenit: cum prius in itinere **Franci flemum** ob-  
 damna non exigua à **Matthia** militibus ad **Mansterbergam** libi  
 illata exussisset. Salutatione & gratulatione multa peracta, v-  
 traque castra ab **Olawia** sive Vratislauiam versus promota, non  
 tamen manibus consuncta, quoniam **Matthias** tormentis &  
 machi-

macibimis longe superabat: qui & ipse castra sua ad vibem communitat apud monasterium D. Vincentij, ut è te uata posset confilium espere. Inde tacitus, quid reges inceparent, speculabatur: Polonorum & Boiemorum agmine conspecto cum suspirijs & fremitu dicens, se totius orbis imperio potitum, si tanti exercitus Imperator esset. Ceterum i; desides & inerter tempiss terere, nihil in medium confilere, castris non fossa non vallo nec diligentibus vigilijs munire, imperia ducum contemnere licenterque ab ordinibus & signis per agros prædictæ causâ vagari. Ideoq; rarus dies intercessit, quin complures ex illis intercederentur: adeò quidem ut plenæ essent captiuorum turres & ergastula Vratislauiensia. Suadebant nonnulli, ut alineas Viatris, aqua paucorum dierum labore alio deriuata sic caretur, traductaçp copiarum parte vrbs vndiq; obſideretur. Sed nec huius nec alijs latitariis confilijs attendebatur. Accedebat exvillis & molestiis improvidè exustis duplex aliud in castris malum, aq; peste pestis & frumenti penuria. Subucheinatur quidem è Boemia panis & cereuifia: Sed non sine difficultate, & permagno veniebane. Polonica autem itinera ab ipsis etiam Polonis, qui Matthiæ contra regem & populares suos merebant, infelisa erant. Incendio præterea a. d. xiiix. Octob; fortuitò non modò magna castrorum pars, tum homines & equi plurimi, sed & quingenti currus victu & armis onusti cremati fuerant. Matthiæ vbi animaduerit tantam hostium fisionum ignauiam pariter & inficitiam, despiciere, quos ante formidauerat, excepit missioq; in Polonium maiorem Stephano de Zapojia, cui le Fridericus Lignicolum Dux Glogou et associavit, siveq; nobilitatis equitatum sub imperio Cz. Nestorj coniunctit Hassicas Freistadtensij, omninem eam oram spolijs, atque incendijs vehementer affixit, arceoq; ijs in locis magis nominis Meſericiam siue Mediceiam in siti potestatem rededit: non minus interim in altera Orientali ora Nicolao Oppolensem Duce diris in Poloniam populationibus grassante. Hæc cum ita fierent, & pestis

pestis famesque in castris Boemorum & Polonorum ingraueiceret, de pace inter reges serio agi ceptum est. Congressi bis in parenti campo, primum quidem a.d. xix. Nouemb. **Caſimirus** & **Matthias** soli, vbi ridicula quadam ambitione inter reges certatum, cum Matthias nudo capite, rufaceo tantum seruo coronatus, obuiam **Caſimiro** prodiret, ne capite illum de tecto salvare cogeretur, **Caſimirus** autem multis pellibus testus, eas de industria collo sic obuincit, ut honorem **Matthiae** habere non posse videretur, annales nostri tradunt, quanquam aliter rem narrat **Dubrauus**: Deinde vero a. d. xxii. Nouembr. vna cum Vladislao: neque quidquam tamen tam inter reges constitutum, quām ut designarentur à singulis consiliarij quaterni ad tractandum Vratislauia negotium. Quod cum factum esset, reinter delegatos agitata, pax quidem solidā & perpetua tunc non conuocuit, impedita **Elisabetha** reginæ fastu & odio pertinacē que bellum ad finitatem finire **Matthia** capientem, quod neque regio, neque ducali genete natus esset, generum apernabatur: & quod patruī sui fratrīs q̄d inimicus fuisset, auerſabatur. Indulgebat autem ei plusculum maritus ~~Wenceslaus regius~~. Ceterum inducit triginta mensūm constitutæ captivi & munitiones interceptæ vtrinque redditæ. Prutenos quoque eo in fudere **Matthias** cum sua cauſa coniunxit, Saxonis nomine **confolando** affūſſe **Godeſtum Comitem Hennebergium**, **Hugel- dum Silesiam**, **Ditericuſ Schonbergum**, **Iosuēm Schreibam** Lipsiensem Iureconsultum Fabricius testatur. Hunc in modum bello finito **Caſimirus** in Poloniā, **Vladislau** in Boemiam haud sine clade & dedecore, septem millibus ē suorum numero defideratis, & plenisque impedimentis amissis, renigrafunt.

Ceterum dici non potest, quām grauis iſto tempore Silesie hostes **Matthias** fuerit: quippe quam non solum grandibus exactionibus exhaufit, sed & militum libidini nimium indulſit; qui pene minus quam hostes tolerabiles non modo ex agris fo- ciorum

ciorū late pradas eguntur: sed & in Vratislauensiā facultates  
graffati, uxores quo undam & liberos secum abduxerunt.

V. I. *Ab hoste demptis & seditionibus*, sub *V. Francia X. Bojemix Regis imperio*. Legerat is anno c. 15. CCCXIV. nouum è  
patruis (in quorum numero tunc finis leguntur *Dominici,*  
*Hornici, Beniki, Rembeli, Tschirwicj*) nonatum: sed quoniam plebs  
urbana, quæ frequentia & opibus adulterat, ac libertatis dul-  
cedine p. accepta aula exire officium, & retinendi sibi iuris  
imperata legius facere vel protius abruere, in restos &  
optimates subinde insurgebat, abrogavit, sive pro libidine  
Remp. fortinuit. Ab eoq; tempore in vthe gliscere euperit  
factiones & tumultus: quæ licet semel iterumque pace data  
acceptaq; compositæ, tamen recrudescunt, & in grauissimā  
tandem seditionem defierunt. ab impotente plebe anno c. 15.  
CCCC. XIIIX. 15. Kal. Vītil. quibodieq; ea de causa pro nefasto  
habetur, concitam. In curiam se abdicerant senatores trepi-  
di, neque ad resistendum patet: cum ecce seditioni exco & po-  
pulati motu foribus effractis impetum faciunt, eodemq; fu-  
rore Senatores aggressi manus & vincula imciunt, plerisque  
aut suis manibus aut per carnificem trucidant, vnum etiam è  
tutri precipitem (horro dicere desculpe: quem plebs inter-  
ne lanceis spiculisque exceptum laniavit. Tum sceras & clau-  
stra cistis, armatiis, & atchiuis senatus defringunt, pecunias  
inibi reperitas auferunt, priuilegia dilacerant, & visui suo quod  
erat tollunt. Indicium nefarissimis facinoris etiamnum pre-  
bhet iama lignea pretori, mirisictibus attrita furiosorum ho-  
minum, que nunc claudit facillum S. Materni in cœmiterio  
*D. Elisabethæ.* Neque tamen impunit id ipsis fuisse creden-  
dum. *Sigismundus* quippe Imperator anno c. 15. CCCCXX.  
menfe Ianuarii Vratislauam veniens prid. Non. Martii non  
modo patriciis honorem præfatum & magistratum restituit,  
sed & ram ac vindictam suam in turbatores ostendit: è quibus  
XXI. magnam partem opificum tribuni gladio, plures exi-

lio pœnas dederunt, bonis eorum Senatus & etatio ad iudicari.

Instituto contra illos iudicio à Rege exhibiti Svidnicenses, Javvrienses, Leobergeses, Boleslavenses, Reichenbachenses, Hirsbergenses. Namislauenses & Nonofarentes: tū Henricus de Lippa regni Boemie Marescalcus, Albertus de Colditz eiusdem regni Cameranus, Henricus de Lafan Capitanus Vratislaviensis Nicolaus de Lobcovitz, Ioannes de Cörelitz, Henricus de Lafan prefectus Svidnicensis Georgius Zetterus subprefectus Vratil. & Ioannes Wiltberg. Atq; hæc quidem sat lento de vrbe, eius opeibus & calamitatibus.

## C A P V T Q V I N T V M.

*Dominorum Vratislaviae eam anni veteris tuus recentis enumeratio.*

Proximum nunc est civitatem & Remp. inspicere, ac quæ circa eam sunt ad tem aut honorem urbis breuerter enucleare: & quod in facie fronti, in acie Ducis, hoc in scriptione nostra atq; adeo Repub. Dominus clargini, ut primas teneant. Fucce illi antiquitus Poloniae Principes Regesq; quibus longo tempore subditam fuisse Vratislauiam, & iam tum, atque ex eo preferrim tempore, quo Casimirus sedem & collegium Episcopi Silesiae, quod prius Sinegrouia & postea Bielia fuerat, Vratislauiam transfusit & pluribus redditibus donauit, supra carecas Poloniae vrbes caput extollere atq; ad surgere non nihil visum, notius est quam ut probatione egeat. Solebant vero tunc Principes Poloni primit nobilitatis prefectum hic allegare. Cuius generis fuit subannum Christi c15. XCVL. Vladislaus I. Imperante Magno Comes illustris & spectata probitas: qui quod Sbigneum Principis nothum in arcenircepisset, a prefectura amotus Prilium Boleslai Vladislae F. praepotrem successorem inuenit.

Ceterum ex quo Vladislaus II. Poloniae Principis filii Boleslaus, Michaelus, & Conradus, cui Lasconago propter gracilitatem crurum

eritum cognomen fuit, opera Friderici Barberossal imp. Silesiam omnem continentibus suis à reliqua Polonia diremptam ad Boiemorum usque Saxonumq; fines in ditionem suam, veluti in triente inter se diuisam, accepunt: propriorum Ducum sive Principum dominatum diutum Vratislavia pertulit: quorum indulgentia ac fauore maxima cepit increments, & immunitates, hisce ciuium erga dominos primia) consecuta est amplissimas.

Primus ex his fuit **BONIFACIUS**, quem dixi, cognomenta **Altus sive Procerus**, idemque fratre **Conrado** mortuo Dux Glogouensis, a Piauto huic familie exarcho in recta linea protopie descendens XI vir bellicosis & iustis, in monasterio Leubenic ad Odetam amnem nouis tunc exadificatus muris probatissimus monachus, qui ut eo collocauit **Cathimerus Rex Poloniæ**, Cisterciensis quin temporis sanctitate vi-  
te ac quotidianis religiosis pietatis exercitiis præ aliis com-  
mendabantur, Bernhardini idem a **Bernhardo** primum Ci-  
sterciensis deinde Clarevallenii Abbatem appellatur de Porten-  
si coenobio euocatos collocauit A.C. 1178, ubi & post mortem,  
quoniam anno 1191. a.d.b. Decemb. operari, tumulatus fuit.

Eum securos **HEDVIGIS** Barbatus filius, Princeps bonus ac virtute praestans, quiq; in Silesia conditis legibus, urbis accepit excolendi patris pietatem adæquauit. Vxorem sibi ha-  
buit **HEDVIGIS** Bertholdi **Ducis Meranie**, Carinthiæ & I-  
striae filiam, ex **Caroli M.** posteritate oriundâ religiosam ac piâ  
feminam: cuius rogatu institutio, Trebnicë inter alia mo-  
nasterium tertioa Vratislavia miliatio, puellis Cisterciensis  
secta ex Cœnobio Bambergensi huc translatis struxit instru-  
xitque: addixitque eidem **Hedvigis** indulgenti marito o-  
pidum Trebnicam & complures pagos dotales.

Quin ipsa quoq; monasterium ingressa totam sese Deo cō-  
secravit: & licet ardentissime maritum dilexisset, nec mortui  
tamen funus duxit, aut obuiâ processit, nec ceteris variis iuxta

ac mulieribus plangentibus & lamentantibus fleuit, impium esse significante lucis diuinę voluntati aduersati dictans. Quin ne viuentem quidem illum saepe adiut, nisi forte, ut pro calamitosis & iniuria affectis deprecaretur. Cum enim post suscep tam sobolem mutuo consensu perpetuam voulissent castitatem (cuiusmodi votum voulisse quoq; accepimus **Henr. etat. II.**) Imper. qui sancti nomen metuit, eiusque coniugem augustam **Kunigundam**, quorum cineres Bambergia seruat) totos fere triginta annos disiuncti vixerunt ex eoque tempore **Henricus barbam** promisit atque inde batbit cognomentum indeptus est. Obiit autem **Cronaca anno partis salutis c. I. CC XXXIX. a. d. XIX.** Martis **Hedwygis** Anno c. I. a. CCXLIII a. d. XV. Octob. sanctitatis opinione in illo seracissimo sanguinorum seculo ad miraculum usque clara, ac tertio & vigesimo anno post a **Clemente P. R.** diuarum numero adscripta.

Natus ex eo matrimonio inter alios virtuusque sexus liberos **HENRICVS PIUS**, ditionum patris in Silevia, i. usitata & maiore Polonia heres, qui cum Tattatis anno c. I. a. CCXLII in Silesiam irruentibus se se opponeret, fortiter pro aris atque focis & pro populo suo dimicans occubuit quidē verum per gloriam in perpetuum vivit: ut quod **Tirillus** Poeta in Elegia de mortuo in acie pro patria.

*Actus in omni ab aliis plorans, obsecrante.*

*Hinc queque sub terris vita, ut in ante manet.*

idem iure meritissimo de **Henrico** nostro usurpare queamus.

Excepit ipsum in ducatu Vratislaviensi primum quidem **BOLESLAVS** cogn. Calvus & Rotgatca, mox commutata cum fratre editione **Lignicensi HENRICVS III.** Princeps singulari benignitate, in suos gratiosus, & qui cum in portione sua concordissime vixit **VLADISLAVS** Archiepiscopus Salisburghensis, insigni animi corporisq; castimonia & integritate inclitus: de quo posteris hoc continentiae traditum exemplū. Cum in Parauino Gymnasio literis operā nauareret, à paupe-

*xepa*

re patre filia usque ab ynguiculo ad capillum summum festi-  
uissima oblata ei fuit, ut corpore dotem quereret. Id cognos-  
cens Vladislaus adolescentulam non retinuit, atque in deli-  
ciis & amoriibus habuit, sed in uiolatam patri restituit, addita  
medicari dote, quæ honestas ipsi nuptias conciliauit. Ab Hen-  
rico autem Vratislavia & iure Teutonico ciuibis e Germania  
passim confluentibus donata, & edificiis pluribus aucta, &  
mentibus communita perhibetur, quæ etiamnū in parte su-  
perfunt. Sed quibus haud dum absolutis siue veneno, ut cre-  
ditum est, siue febri maligna, uti Curao videtur extinctus vi-  
uendi finem fecit a.d. V. Decemb. A.C. 15. CCXLVI. re-  
licet Henrico / V. filio & Hedwigis filia impubertibus: quorum  
tutelam Vladislauus patruus Archneepiscopus Salisburgensis  
paucis annis, quibus superfuit, gessit famam anet Principem  
per etatem respubl. capessendæ imparem curatores aliquot  
habuisse ex principiis ciuibis cui & bene gubernarint dictio-  
nem, & Principi ingētem pecunia vim collegerint. Qui qui-  
dem vbi in tutelam suam venit, & principatus per se admini-  
strationem suscepit, vrbis gubernationem totam ciuibus cō-  
misit, & adfecta à patre potius quam perfecta vrbis memoria ab-  
soluta, anno Christiano c. 15. CCLXX. tali edicto publice  
proposito. Ad totius terre utilitatem, profectum, commodum, & ha-  
borem volumus, & ex maturo proborum consilio statuimus, ut omnes,  
qui intra muros Vratulante domos vel curias siue alias possessiones habe-  
ant, cuiuscunque conditionis existant siue sicut milites siue Canonici siue  
Regulares mones uniuersaliter iuxta taxationem Advocati & scabino-  
rum ciuitatis eiusdem collectam, ad muros nostra fortis a se idem erigendos,  
omni necessitate postposita integraliter persolvant, sicut ex pra certo, quod  
nullum excessus ab hac solutione liberum volumus permanere. Idem Rem-  
publ. Vratulamentem amplissimis ornans privilegiis id te fa-  
cere testatur habito super ex maturo & sanac consilio saorum Baronum  
per aliquot dies, considerantem & animaduertentem, ipsorum utilitatē,  
incrementū, & profectū in omnib. for. saum suorumq. pariter accessorū.

His enim propemodum verbis Princeps optimus, cui cōmuni elogio Probi cognomē postea tributum, vtitur: quibus lectorem defraudandum non putavi. Vxor illi fuit **Mechtilda** Ottonis Longi Marchionis Brandenburgici & regni Boemie tunc Gubernatoris filia: cum qua concorditer quidem, sed fructus matrimonii ad est, liberorum exsors vixit. Itaque cum sine filiis moriturum se prouideret, Vratislauiam ipsam cum omni territorio Ecclesię & Episcopo Vratislauieni ob tutulit. Quam cum ille donationem, Principum odia vritus, refutasse **Henricus** testamento condito heredem sibi in duca tu Vratislauensi **Conradum** patrum Glogouię Ducem desti naut, **Primitus** autem **Polinaniensis** Cracoviensem & Sendo mirensem in Polonia ditionem legauit. Ita Polonici scriptores & nostri annales. At iohannes Dubrauius hist. Boem. lib. 18. auctor est, **Ottocarum** Boemie Regem cum **Henrico** sterili ad hunc modum trālegisse, vt si prioris decederet, ipse ei in bonis succederet. Sin aliter caderet, vt **Ottocarum** Glacense p̄terea territorium **Henrico**, quoad superites esset, fraudum ad deret, deinde **Wenceslaus** Ottocari F. vt insolidum heres omnium bonorum fieret. At **Henricum** male in **Wenceslauum** animatum, vt Vratislavia cum fraudarer, se suaq; sub imperium **Rudolph** Cesaris subiecisse, apud quem tamen plus causia **Wenceslaus** quam frans **Henriui** valuerit. Hęc Dubrauius: que non vana omnino esse vetulorum diplomatum, que in Archiuo Carbsteinensi existant, fideliquet. Vt vt autem sit, illud certū, **Henrici** siue ex veneno subministrato siue ex lentata be (nam hic quoq; duplex fama est) A. C. c. 1. C. CXC. a. d. X X I I . Aug. mortuus haereditatem non **Wenceslauum** Boiemum creuisse, sed **Henricum V.** Ventricosum Lignicensium Principe m defuncti patruellem, à Vratislauensib; **Conradum**, vthominem turbulentum & rixosum repudiantibus, accitum: qui cum vrbe arceque ac dominatu denique omni, ciuium & procerum ac nobilium favore, facile potaretur, **Conradum** per fugam

fugam elapsus fremens domum redire. Quam quidem Vratislauensium erga se fidem **Henrici** ipse in diplomate quodam, quo antecellorum suorum priuilegia Vratislauensib. in delta atq; illud p̄cipue. **Vt nullas camerarum mercatorum, nullas crastot,**  
**nulllos pastores, nullos surcos, nullos carnifices, nullas tabernas, nullos me-**  
**chanicos infra vniuersitatem miliaris in praedictum Vratislauensem ci-**  
**uitatis constitueret, his veròis testatam posteris reliquit.** His  
mane gestis simul transiunt cum tempore missis scriptis & testibus perennē-  
tur. Hinc est, quod **Nobis Henricus**, Des gratia Dux Slesie & Dominus V-  
ratislaua & Legnica tam præsentibus quam futuris volumini esse notuimus,  
quod post salutem DEI M per fideles & charifimos eius nosivos Vratisla-  
uenses pariter & per terrigenas Vratislauenses sumus ducatum & do-  
minum consecuti. Unde dignus fore dignoscitur, ut beneficis beneficis  
recompensemus &c. Neque tamen quieta dia ea illi dominatus  
postfessio fuit: quippe qui a **Conradis** patruo per infidias in ba-  
nico fiumentaneo haud longe ab arce Vratislauensi captus,  
aq; in tenuum carcerem coniectus nonnisi triginta millium  
autcorum sine marcarum 1000 perfoluto, & cellione infuper  
Namslanensis, Bernstadiensis, Olsnensis, Cruciburgensis,  
Bicinensis, Constdadiensis, Rosenbergenis, Hanonensis, &  
Boleslawiensis territoriorū libertatem recuperare poruit: ne-  
que ita multo post motbo in carcere patruo contracto rebus  
humanis crepus est lIX. Kal. Martii A.C. c15 CCXCVI. co-  
mans fin desiderium Vratislauensem sibi telingens, quod **Henri-**  
**cii Boleslaw ac Vladislai filiorum** aratem, uera in perio nobis  
dum matuta rebus nouandis locū p̄xideret, veterabantur. De-  
derat patruis tutorem **Boleslawum** fratrem **Swinimicenfum** Du-  
cem, sed quittulam impuberum agnatorum non prius fini-  
pere voluit, quamwar Zottenham galibi data esset exteri pu-  
pillis p̄claro p̄fuit. En defuncto **Hianem de P'rimis** Epili-  
copus Vratislauensis Principe militis tutor datus, qui cum luxa-  
rix scrotum mancipasset, & mortuo ipius redditu, & thesau-  
ri, quem Boleslaus ad sexaginta milita marcarum popillis  
sus

suis collegerat, decoctor: à Ducibus pubertatis annos egrediis multis postea incommodis affectus fuit. Facta autem inter illos hereditatis paternæ diuisione **HENRICO VI.** Ducatus Vratislaviensis obuenit: qui a fratre Boleslao bello oppressus se principatumque **Vladislai Lollini Polonix Regis fidei communis:** quem postea ab ipsis receptum, blanditiis, libertate, & ingenitibus promissis inductus vniuersum **IOANNI Boemiam** Regi cecidit, eundemq; ab illo una cum **Glocensi** ditione, quoad viueret, vtendum fruendum, fidem pactus, recepit: adiuuantibus eam rem cum **Henrico** ipsius consiliarius, tum cuiibus maxime Vladislaviensibus, qui Principem suum, vt Boemio se subiiceret, enixe hortabantur, non solum quod Germanus is esset, verum etiam quod natos patre Cæsare **Henrico**, coque viro valde laudato, & talia ipse virtutis sua daret documenta, ut videretur futurus utilis Princeps & protector Silesiæ multimodis afflictæ. Sic enim **Curus noster** scriptum reliquit: et si corruptos pecunia fuisse **Cromerus** narret. Sed haud ideo, an fidem illi arbitriauim: & prægrauat hac quidem in re **Curiæ apud me auctoritas.**

Fuisse id anno c. I. CCCXXVII ex diplomate super ea re confecto adparet. Nec ita multo post **Ioannes** nō modo **Hainouiense** & **Goldbergense** territoria, que Vratislavienses hypothecæ nomine à Boleslao duce possidebant, redemit, sed & ad reliquos Silesiæ Principes animum adiecit: è quibus isto ipso anno **Boleslaum Oppoliensem**, **Vladislaum Coslensem**, **Castimirum** **Teschinensem**, **Ioannem Osvencimentem** Duces, anno autem c. I. CCCXXXI **Ioannem Glogowensem**, **Boleslaum** **Lignicensem** cum filiis **Wenceslao** & **Ludovicis** fidem **Ioanni** dedisse, & se iesaq; in clientelam illius solemniter tradidisse annales testantur.

Hoc ergo, quo dixi, modo cum sine masculi sexus liberis A. C. c. I. CCCXXXVI. **Henricus** decessisset ad **IOANNEM** (qui cum paulo post Vratislaviam venisset, magna ordinum lxxii-

eis in ipsius verba latum est: & successores Boemia Reges decolata Vratislavia mirandum in modum exinde auctoritate, opibus & potentia superi, atq; in eum, qui se nunc oculis offert, splendoris atq; magnificientiam prouecti cepit. Ac Ioannes quidem non modo gratias, immunitates & privilegia omnia Ducibus Silesiis & hi concessa firma ratuq; habenda decreuit, sed & novis augenda censuit. Cumq; a collecta & contributione publica, quia *Berna* vocabatur / fortasse quod in singula capita: nam bernam h.e. solidum vel denarium veterem Germanorum exigebat / liberos atq; immunes Vratislavienenses pronunciasse: mis Polonicum, quod *Crana* dicebatur, evnusq; in nonnullis Silesiis locis etiamnum vias, penitus sustulissetius *Magdeburgense*, quo nepotis vel nepti in auctuaria eucl bona, quam miserrimis superstites adhuc filii filiae essent, successio non dabatur, tanquam erroneum ius & deumur. consuetudinem correxit, multaq; id genus alia iplis indulserit, quarto profecto constituit meo iudicio maximem memorabilia.

I. *Vratislavienenses* non vniuersitatis ditionis, etiudem in colab omnibus telonii & vectigalibus tota Boemia aliisque connexis prouinciis immunes haberentur.

II. Ne *Vratislavienensis* ciuias eiusque territorium ab regni Boemie vniione vllis vnquam tempotibus anelleretur, aut quocunq; titulo ab alienaretur - noue p. affecto cuiquam sibi annua pensione locaretur.

III. Ne prefectura *Vratislavienensis* alii quam indigenae committeretur.

IV. Denique quidquid deinceps terrarum Polonis adiu contingeret, id omne ditioni *Vratislavienisi* sempiterno iure coniungeretur. Neq; vero silentio omittere debeo, cum anno 1342. 7 Sept. & biennio post iterum vrbis tota confiagraret, regia liberalitate ad eam formam, que nunc existat & ob quam pateceris Germanie vribitis celebris est. ordinis singulare placis dispositis constitutas fuisse & edificatas.

Vixit autem Ioan. ad annū viō Christi cīs CCCXLVI. quo Philippo Francorum regi affini suo suppeditas contra Anglos ferens, et si oculis captus, in Cresciacensis prælio a. d. XXVII. Augst. qui dies D. Ruffo ficer. Boiemus ob id nefallus, quod dnos reges hostili gladio abstulerit, occubuit. De cunctis bellicis virtutis Petrarcha lib. 2. de remedio fortunæ; Iohannes Boiemus, inquit, diorum sine fine Romanorum Principem alterius filius, alterius pater scilicet semper infirmos malos ad extremum an nos cœsus, belli hoc, quod inter Galium cui ille fuit, ac Britannum Regem sex tantum lustris agitat, dum pugnatis omnium effervens, ut ambo reges intererant, inclinare fortunam intelligeret, dices suis clara vocis compellans, Dirigite me inquit, ocyus in eam partem, ut hinc hostium est, atque omnes volunt exercitus suu. Quia cum magis ac trépidi fecissent, illi quo stimulis ad hunc eoque præcipitem erant, que spellere sive cœcum que oculis profecti vix audirent, ibi cum fortissima hostium acie non fortiter maledicti horribile pugnari ruit, propter omnes & laudentibus, qui conve- bant. Remonstrans horam omnibus sed nisi mandata sit latens, obtemere peritiam. & quid oris gloria non forte obiit visu carnis, nisi ut quæ virtus & natura misericordia fecerunt, gloriandum cœstas ficeret? Ha- Etiam Petrarcha.

Iannii ad gubernacula CAROLVS filius succedit huius no- minis Quartus Imperator Romanorum Princeps cum univer- so Boemia sua regno, tum in primis Silesia salutaris & pru- dentie laudem vel ex eo meritus, quod de Itaru Reip. delibe- rans quietem & robur eius vel maxime in urbium felicitate constare censuerit. Vratislauiam eundem, quam A. C. cīs. CCCXLVIII. a. d. VII. Nov. regia pompa ingressus est, adusq; delicias videtur adamasse monstransque literę Caroli ipsius manu ad senatum Vratislauensem scriptę, quibus nunci- an sihi petit, ecquid adhuc valeant, seq; valde de iis sollicitum esse testatur. Cum autem multa eius in hanc urbem beneficia extiterint, non vero inter eximia huc numero, quod cum ci- vitatem opibus variisque honorere ac multitudine iudicis augeri yideret,

videret, pomerium eius dilatauit produxitque, ac tipa vltens  
 re **Olaus** suum vrbi adiecta vastum hinc amictum, quem vide-  
 mas inclusit: quo dñi igni & sumptuoso D. **Dorotheus** templo c-  
 andem exornauit quod preclarum de amplissimum ordinis Se-  
 natorum prudenter opiniionem habens, toto ducatus Vratis-  
 lauentis praefecturam illi commendauit: qualiter postea ali-  
 quoties se abdicarit, tandem tñ recuperauit, & iam ultra seculi  
 sine vila interruptione continuauit: deniq; quod eidem nis cu-  
 dedge oē genus monachz, q; supremi imperii summum semper  
 fuit indicum indulxit. Repetio etia **Carol. imp.** ordinis Ec-  
 clesiastici insolentia adductu virtusse me cui clero & des yet,  
 census absq; permisit consensuq; Regis Boemiz expreſſo e-  
 merte Vratislaue licet. Conuicmodi qui dē prohibitiones in  
 alii etiam Germanie, Italie, Gallie locis facte, & in hac ipsa  
 vrbe a **Fridolinus** Rego renouate, dici nō potest, quam ingentes  
 & oditato inuidiae plenaſ diputationes pepererunt: cui nō  
 obſcurē libertas faci ordinis, & Cxīarū atq; Pontificū rescri-  
 pta oppugnari & violari hoc modo vidcantur. Et linc, quē ex-  
 ortata ante paucos annos inter Pontif. Roman. & Venetos con-  
 troverſia, non alia cautam habuit. Neq; videntur tñ hec pro-  
 hibitiones carere ratione: cum Recip. interſit ne libiditorum  
 bona in Ecclesiasticos ac Monachos qui rerō omnium immu-  
 nes esse volunt devoluta in id redigatur, vt nullū Principi aut  
 Recip. comodū preſtare, neq; exigente rerū necessitate pu-  
 blicis functionib; grāsan possint: neque in artū hoc modo re-  
 dactis cūm numero censuq; familiarib; insuper dignitat, q; ex  
 pattiſſonib; quoq; amplitudine estimatur, & **Carolo** nostro ſ-  
 cepue hanc dubie cura fuit, vt effe Principi d. omnib; debet, ex  
 ratione diminuat. Neq; dubitandū, quin Ecclesiastici ordi-  
 ni in coēmēdis prediis & iuriſ dictiōnis hinc animi proferēdis  
 & amplissimis infaribilis cupiditas eminendi edictis occidi-  
 onē dederit, quā viri Principes & Recip. exquo animo dixiſſus  
 fette nō potuerūt, ne non censu modo sed & imperio ac iuriſ  
 dictiōē diminuta ciusdē ordinis poteflati obnoxii redderētur

Inter viuos esse desit laudatissimus Imp. in Kal. Decembr  
 ann. c. 10. CCCLXXIX. successorē natus WENCESLAVUM  
 fil. Romanor. & Boemiar. Regem Principem nō illū quidem  
 à naturā prorsus inertē aut stolidum, sed qui indulgens cupi-  
 dicatib. immodice, luxurie potissimum, libidinū & iracundia,  
 quibus vitiis omnia natura in illo bona obtusebatur, incredi-  
 bil; inertia & socordia nō modo rem p. pene pessimè dicit, sed  
 & eternas sibi infamiz notas inuisit. Excepérunt huius impe-  
 trium grauissime inter Senatū & plebem Vratisl. concertatio-  
 nes, que non parū illi exhibuerunt negoti. Apoplexia repē-  
 te suffocatus interit XVII. Kal. Octob. an. 10. CCCCXIX.  
 cui in Boemiar. regno subrogatus terū tenuit in his locis gu-  
 bernacula. **SICISMUNDVS** frater Romanor. Imp. idemq. Rex  
 Hungariae a.d. VI. Ian. anni seq. Vratislaniā ingressus, vbi post  
 subiectionis iuramentum sibi præstitum de seditionis ciuibis  
 supplicium sumisit. neq; solum vetera urbis priuilegia à foren-  
 te plebe pleraq; disceptra tenouatis diplomatiib. integravit,  
 verū noua etiā largitus est amplissima. Idq; cum nō frustra fe-  
 cisse vel inde liquet, quod ipsam Vratislawiam alteram sedē &  
 caput regni nuncupat, & exemplum virtutū, quod alio omnes imme-  
 antur, prædicat. Apponam ipsius Imperat. verba, ne lenitentia  
 eius prævaricatus videar. *Vratislaniensem, inquit, ciuitatem nostrā;*  
*que velut altera sedes & caput eisfili regni est: fonsq; legalitatis irrigans*  
*affluentia præstans derivans in aliis: sine qua etiam huiusmodi ciuitates*  
*velut acephala forent: Cuiusq; casu ciuitum tanquam regule mortuū ex-*  
*emplar & speculū mortalitatis humanae rite, subiugat, splendidum infera-*  
*lia quilibet ciuitates eminet, &c.* Ut ob id Sigismundo etiam Im-  
 peratori non parum Vratislania debeat. Enī porro temporib.  
 vt hoc obiter & addere licet inter Vratislanię  
 & ordinem Ecclesiasticū grauis controvēstia exorta pro-  
 pter annos redditus: quos soluere nonnulli, quod dicerent  
 contractū esse surarium & prohibitum, detrectabant. Eācō-  
 trouersiā ad Martin. V. P. R. delata cōtractum licitum Pont.  
 pronun-

pronunciavit constitutione, quæ extat in extravag. c. t. empt. & vend. edita: in curuſe pro **Almosenj** legendum **Olomu-**  
**censi**, in ipso autem contextu **nummi Polonijs numeri Polon.-**  
**a**: quomodo ſepiuſcule in vett. Silesia instrumentis **Wardt**  
**Böhmischer groschen** **Poinſcher Zahl** ad differentiam nimiriū  
marcarum Sileſiarum, ouz 32. & Polonicarū quæ octo & qua-  
draginta grossis æstimabantur. Quod si non ignorasset ma-  
gnus ille **Marq. Freherus**, haudquāquam reſribendum pro-  
nunclauerit, nummi Empoleti, id est, torenis & conſueti.

Mortalitatem expedit optimis & literatorum imprimitis a.  
mantissimus Imp. **Znojma Moravia** optido v. t. E. id. Decemb.  
A. C. et 15 CCCCXXXVII: iam septuagenarius, filiam relin-  
quens unicam **Elisabetham** coniunctionam. **ALBERTO Archi-**  
**doci Austr. Rudolphii** Imp. qui supremum iſtud honoris &  
glorie fabigium domui ſue princeps intulit, & gentem ſcep-  
tris regniq; fatalem propagauit, atne poti: qui anno ſequenti  
Calian. Hungarię rex proclamatus, paulo poſta Septemuiris  
Electoribus Cæsaris quoq; dignitatem, & inſignia Aquis-gra-  
ni accepit, iſtoq; ipſo anno Boem. r. in ſuper regni diadema,  
quaque non sine armis, obtinuit. Vratislauam venit. a. d.  
XII X. Nov. vbi cum principio anni ſequentis ſtatutum Reipub.  
correxit, non ita multo poſt e gradu forte prolapſus crux  
fregit, quod tum nonnulli future ruine preſagium & omen  
fuit interpretati. Digressus inde die S. Stanislai, ad bellum ſe-  
ſe Turcicum contulit, reuertensq; ex Hungariā & Viennam  
versus iter instituens, dum feruentis Auguſti calorem pepo-  
nibus ſediare elaborat, in dysenteriam incidit, cumq; de vię la-  
boribus nihil remitteret, haud procul Posonio in pago quo-  
dam ignobili, qui Lōgus dicitur. v. t. Cal. Nov. extinctus eſt,  
**Elisabetha**, coniuge grauida relicta & duabus ex ea filiab. Prin-  
ceps omnibus virtutibus heroicis preſtans: cuius eo acerbio  
mors vita, quod in ipſo etatis flore, quum ſumma de virtutib.  
eius eſſet expectatio, repente deceſſit: nō parum eius defide-

